

PROPRIMUM  
FESTORUM  
QUÆ GENERALITER  
IN HISPANIA

EX Apostolica S. PII V. GREGORII XIII.  
SIXTI V. CLEMENTIS VIII. URBANI VIII.  
& aliorum Summorum Pontificum  
concessione, & auctoritate  
celebrantur.

Ad formam Officii novi redactum.

PARS AUTUMNALIS.



*Moxno Tiquito sc.*

MATRITI. M. DCC. LXXVI.

Apud ANTONIUM DE SANCHA, Typographum,  
& Bibliopolam.

# GREGORIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

**P**astoralis officii cura nos admonet, ut ea quae magis conducere censuimus, pro locorum & personarum qualitate concedamus. Sane licet aliis post Minuati & Breviarii ex Decreto Sacri Concilii Tridentini editionem sel. rec. Pius V. Praedecessor noster dilecti nobis filii Ludovici de Torres Malacitani, & Camera Apostolica Clerici, qui tunc ex Hispaniarum Regnis, ad quae ab eodem Praedecessore pro certis gravibus negotiis ad Rempublicam Christianam spectantibus missus fuerat, Romam redierat, relatione audita, multas scilicet, ut ipse Ludovicus à viris gravissimis ad hunc effectum à charissimo filio nostro Philippo Hispaniarum Rege Catholico d. putatis acceperat, ex huiusmodi editione subortas fuisse in illis partibus difficultates, ad eas solvendas nonnulla quoad Hispaniarum Regna praedicta duxerit referenda, & concedenda: nihilominus, quia, ut idem Ludovicus nobis retulit, re ipsa compertum est, adhuc aliqua ad Minuati & Breviarii impressionem, quae in illa Provincia magnis impensis curantur, desiderari: Nos ejus dilecti certam adhibentes fidem, ad omnem scrupulum dimovendum, motu proprio, & ex certa scientia nostra, ac de Apostolica potestatis plenitudine, haec quae sequuntur, declaranda duximus & concessenda. In primis illud nobis declarandum se offert, ex quo magna oriri poterat confusio. Cum enim Praedecessor noster praedictus indistinctè concesserit, ut Ecclesiae Hispaniae possint celebrare Officia propria Sanctorum illius Provinciae, illique plures sint numero, ex hoc sequeretur ut officium majoris partis Ferrarum anni amitteretur, & ordo Breviarii fere subvertiretur. Nos huic incommodo occurrere volentes, & Praedecessoris praedicti mentem sano modo interpretantes, declaramus unamquamque Hispaniae Ecclesiam eorum tantum Sanctorum, qui in Breviario non sunt descripti, Officia propria celebrare posse, qui vel illius Diocesis sunt naturales, vel ejus Ecclesiae seu Diocesis sunt Patroni,  
vel

vel eorum corpora, seu notabiles Reliquie in ea Ecclesia seu Diocesi requiescunt. De aliis vero Sanctis, etiam si sint naturales, vel Patroni alterius Diocesis, etiam si illorum corpora, vel notabiles Reliquie in aliqua Ecclesia alterius Diocesis requiescant, non celebretur Officium proprium, sed seruetur ordo Breviarii Romani. Et quo die celebrabitur Festivitas Patroni totius Diocesis, Religiones omnes tenentur eodem die in suis Ecclesiis, intra limites illius Diocesis existentibus, eandem Festivitatem celebrare; & in hoc cum Ecclesia matrice se conforment. Item volumus, quod Festivitates sequentes sint in tota Hispania generales; ita quod omnes Ecclesie & Religiones existentes in illa Provincia recitent de illis, & celebrent propria illorum Officia, que sunt, Festivitas Expectationis Domine nostre, que celebratur die xviii. mensis Decembris. Et quoniam dicta die juxta Breviarium Romanum Feria habet Antiphonas proprias ad Laudes, ne Antiphone predictae omittantur, & ut festiva singulis annis in illa Provincia decantentur; mandamus, quod dicta Antiphone feriales, que in die, in qua Officium Expectationis celebratur, dicende essent, reponantur die xvj. Decembris, omnia ea que ad Canticum dicitur, cuius loco dicitur ea que ad Canticum ponitur in Psalterio; & idem fiat de Antiphonis in die sancti Thome occurrentibus; reponendis in Sabbato, quando Festum Expectationis hujusmodi in Sabbato venerit, ut scilicet Antiphona in die sancti Thome occurrentes, tunc reponantur xvj. Decembris, dempta ea que dicitur ad Canticum, ut supra. Item Festivitas Triumphis sancte Crucis, que celebratur die xvj. Julii. Item Festivitas sancti Idefonsi Archiepiscopi Toletani Confessoris. Item Festivitas sancti Ildori Archiepiscopi Hispanensis, pro quo celebretur Officium Doctoris, & recitetur Credo in celebratione Missae, insuper celebretur Festivitas sancte Anne Matris beate Marie Virginis in omnibus locis, ubi fuerit Ecclesia vel Capella dicte Sancte ad praxim, vel ubi edificabitur Ecclesia in futurum. Item concedimus, quod quilibet Ecclesia & Monasterium Hispanie, habens aliquas Reliquias insignes, puta caput, brachium, vel crus alicujus Sancti, etiam alienigenae, non existentes in Breviario, vel de quo in dicto Breviario fit tantum commemoratio, possit illius Festivitatem celebrare, & Officium Duplex facere, & de alio Sancto eodem die occurrenti, si

jac-

fuerit Simplex, fiat commemoratio: si vero fuerit Duplex, vel Semiduplex, transferatur in primam diem simili Festo non impeditam. Et quoniam in Regno Castellae in pluribus Ecclesiis celebratur die xxx. Decembris Translatio sancti Jacobi Apostoli Hispaniarum Patroni, precipimus Duplex, & in Breviario ponitur die xxix. Festivitas sancti Thome Archiepiscopi Cantuariensis & Martyris, Semiduplex; & in anno, quo Festivitas sancti Thome occurrit in Dominica, juxta regulam Breviarii transferatur in diem sequentem; quo die in eo Regno celebratur supradicta Festivitas S. Jacobi, posteaque per plures dies non venit aliqua dies vacua, in qua possit celebrari Festivitas predicti sancti Thome; volumus, ut in eo anno festum ipsum sancti Thome transferatur ad primam diem Duplici non impeditam, que erit Vigilia Epiphanie, & tunc de Vigilia fiat tantum commemoratio: ad Vesperas autem Epiphanie, nulla fiat commemoratio de festo sancti Thome predicti. Cum vero in Ecclesiis & Regionibus Hispanie viget consuetudo, quod diebus Paschilibus & Festivitatibus majoribus celebretur Missam Conventualem Antistes, vel alia persona principalis, & regula Missalis ordinet, quod omnibus diebus Dominicis infra annum Sacerdos, qui celebraverit Missam Conventualem, exeat ante celebrationem Missae cum plurali, vel capta, & cum ministris ad incipiendum in Altari majori Antiphonam Asperges, & aspergendum aquam benedictam populo: concedimus, quod Antistes, seu alia persona principalis celebrans Missam Conventualem, praemissa facere non teneatur, sed illa facere possit quilibet alius simplex Sacerdos eius loco; & quod talis Sacerdos non deferat violabile, sed albam, & stolam, vel superpellicium, & stolam, nec procedat associatus cum ministris, sed solum cum Acolythis. Haec autem omnia, & singula, Breviarium & Missale concernentia, per felices recordationis Pium V. & Nos concessa pro Hispaniarum Provinciis, volumus, ut intelligantur etiam concessa Ecclesiis Insularum, & terra firme Indiarum dicto Regi Catholico subjectionem. Et insuper statuimus, quod Missae Sanctorum, que juxta Motum proprium dicti Pii V. in Missali Romano in Hispaniis imprimendo possunt imprimi, non in corpore, sed in fine dicti Missalis imprimantur. Et ita per praesens Apostolica auctoritate declaramus, statuimus, concedimus, & indulgemus: Non obstantibus praemissis, & litteris Praedecessoris predicti in

Br-

Breviario & Missali, ac Regulis sub Rubricis generalibus cum ipsimet Breviarii & Missalibus impressis; necnon omnibus & singulis in eis contentis prohibitionibus, clayulis, derogationibus, & decretis. Quae omnia Nos ad effectum presentium in dictis Provinciis locum sibi non veniicare decernimus, ac alius, quae dictus Praedecessor in suis litteris obstatere non voluit, ceterisque contrariis quibuscunque. Ut autem praecaveat littera omnibus innotescant, volumus, & districte precipiendo, omnibus & singulis librorum impressorum in partibus illis consistentibus mandamus, ut illas in quibuslibet Missali, & Breviarii principio imprimant, & imprimi curent; alias illis non appositis & impressis praesentes nemini suffragentur. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die XXX. Decembris, M. D. LXXIII. Pontificatus Nostri anno primo.

Ges. Glorierius.

### DECRETUM PRO HISPANIS.

**N**omine Nationis Hispaniarum supplicavit Doctor Michael de Erze, praecivi ubique locorum, ubi celebratur festum translationis corporis sancti Jacobi Apostoli de Jerusalem ad Hispaniam sub die xxx. Decembris, celebrari debere tam in Officio quam in Missa, & tam per Sacerdotes saeculares, quam per regulares, cum propria Oratione inseritis de scribenda, distamque Orationem pro festo dictae Translationis imprimi etiam mandari.

#### Oratio.

**D**eus, qui dispositione mirabili corpus beati Jacobi Apostoli tui de Jerusalem ad Hispaniam transferri, & in Composcella gloriose sepeliri voluisti: concede quaesumus, ut ejus meritis & precibus in caelesti Jerusalem collocari mereamur. Per Dominum.

Sacra Rituum Congregatio petita conceit: & ita ab omnibus ubique locorum praedictum festum Translationis celebrandum in pesterum cum praedicta Oratione propria servari mandavit, hac die quinta Martii M. DC. XXXIII.

C. Episcopus Portuens. Card. Pius.

Locus ✠ Sigilli.

Julius Rospigliosius Secret.

PRO-

## PROPRIUM FESTORUM HISPANORUM.

Die ab Ordinariis designata.

In festo B. M. V. de Guadalupe Mexicanae, sive Regni novae Hispaniae.

Duplex majus.

Omnia ut in festo SS. Hispanorum Partis Vernae. **XC.**  
**FESTA SEPTEMBRIS.**

**DOMINICA III.**

Septembris.

Festum septem Dolorum B. V. Mariae. Duplex.

Si hoc festum impediatur festo altioris dignitatis, transferatur in primam diem non impeditam. Ita Sacra Rituum Congregatio 8. Martii 1738.

Ad Vesperas, Antiphona. Quo abiit, cum reliquis de Laudibus, 245. Psalmus. Dixit Dominus, cum reliquis ut in Officio parvo beatae Mariae. clj.

Capitulum. Thron. 2.

**C**ui comparabo te? vel cui assimilabo te filia Jerusalem? cui ex quo abo te, & consolabor te, Virgo filia Sion? Magna est velut mare contritio tua. **Hymnus.**

**Q**uot undis lacrymarum, Quo dolore voluitur, Luctuosa de cruento Dum revulsam stupite

Cernit ulnis incubantem Virgo Mater Filium. s suave, mite peclus, Et latus dulcissimum, Dextramque vulneratam, Et sinistram sauciam, Et rubras cruore plantas Agra tingit lacrymis.

Centiesque, milliesque Stringit arcus nexibus Peclus illud, & lacertos, Illa figit vulnera, Sicque tota colliguescit In doloris osculis.

**E**ja, Mater, obsecramus Per tuas has lacrymas, Filique triste funus, Vulnerumque purpuram, Hunc tui cordis dolorem Conde nostris cordibus.

**E**sto Patri, Filioque, Et coevo Flammis, Esto summae Trinitati Sempiterna gloria, Et perennis laus, honorque Hoc & omni saeculo.

Amen.

**V.** Regina Martyrum, ora pro nobis. **R.** Quae juxta Crucem Jesu constitisti.

**A**d Magnificat, Antiphona. Nolite me considerare, quod fusca sim, quia decoloravit me sol: filii ma-